

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[CollectionBoite_039](#) | [Freud. Sexualité. Folie. \(Cours de Vincennes\)](#).[Item](#)[Claude Lacroix. Theologia Moralis I \[illisible\] Concupiscentia. \[photocopie\]](#)

Claude Lacroix. Theologia Moralis I [illisible] Concupiscentia. [photocopie]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Cote**b039_f0513**

Source**Boite_039** | [Freud. Sexualité. Folie. \(Cours de Vincennes\)](#).

Langue**Français**

Type**FicheLecture**

Références bibliographiques[Lacroix, Theologia moralis](#)

Référentiel BNF<https://data.bnf.fr/ark:/12148/cb30710757p>

Relation**Numérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730**

Références éditoriales

Éditeur**équipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).**

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 02/10/2019 Dernière modification le 23/04/2021

Données de data.bnf.fr

AUTEUR : Busenbaum, Hermann (1600-09-19 -- 1600-09-19)

TITRE Theologia moralis, antehac ex probatis auctoribus breviter concinnata a R. P. Herm. Busenbaum, nunc pluribus partibus aucta a R. P. Claudio La Croix,... Editio altera... - Index locupletissimus resolutionum omnium quae continentur tam in "Medulla" R. P. Hermanni Busenbaum,... quam in omnibus ad illam a... P. Claudio La Croix,... factis additamentis secundum ordinem alphabeti digestus a R. P. Leonardo Colendall,...

LIEU DE PUBLICATION Coloniae Agrippinae

DATE 1716/1720

EDITEUR Coloniae Agrippinae : apud S. Noethen , 1716-1720

comestione à se poni, quam supposita lege prohibente, sciri non posse poni sine transgressionem legis, ergo tendit in aliquid cum oppositione ad legem. E contra delectatio est actus inefficax, & tantum fertur in comestione, prout objectum, seu prout in cogitatione est aliquid, v. g. utile corpori, neque hæc cogitatio infert illa, quæ essent à parte rei conjuncta cum illa comestione, ergo cum comestio in ratione objecti præscindat à malitia, non erit peccatum per simplicem delectationem ferri in illam.

31. §. 5. Probabilius est, quod delectatio de objecto, non tantum intrinsecè malo sed etiam malo extrinsecè, sit peccatum mortale aut veniale, prout est objectum graviter vel leviter malum, S. Thom. 1. 2. q. 74. a. 5. & 8. Suar. n. 4. Sanchez. n. 8. alique communiter. Nec dissentit Ar. d. 47. quavis enim videtur contradicere à n. 5. tamen n. 9. relabitur in hanc sententiam, dicens voluntatem, ut non peccet, debere ferri in objectum, à quo intellectus abstrahat malitiam & prohibitionem. Idem dicit Tamm. d. 4. q. 8. n. 134. & 137. videturque colligi ex illo Olee. 9. v. 10. Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt. Ratio autem est, quia qui delectatur objecto malo cogitato, approbat illud, uniendo & conformando suum affectum illi, nemo enim delectatur, nisi in hoc, quod ei placet, & quod re ipsa amat, ergo sicut objectum cogitatum est malum, ita etiam delectatio, cum formalis malitia actus desumatur per ordinem ad objectivam. Si dicat, non anari opus in re sed tantum in cogitatione; Contra est, amor delectationis in opere cogitato est ejusdem rationis, cujus est amor delectationis in opere re ipsa posito, cum malitia utriusque desumi debeat per ordinem ad objectum, quod idem est in re & in cogitatione, ergo sicut amor delectationis circa opus mortaliter malum positum in re est mortalis, ita etiam amor delectationis circa opus cogitatum. Nec obstat, quod talis cogitatio objecti sit actus inefficax, nam est quidem inefficax respectu objecti in re ponendi, atamen respectu delectationis circa objectum intentionaliter præfens, est omnino efficax.

Obj. Actus inefficax, qualis est simplex delectatio, non desumit malitiam ab objecto, ergo delectatio circa objectum mortaliter malum, (extra materiam veneream, de qua est alia ratio) poterit esse venialis tantum, ita Vasq. d. 111. c. 3. & 4. Merat. d. 8. f. 1. quorum sententiam probabilem esse dicit Compton. d. 105. f. 5. n. 1. & Sporer in Th. Mor. p. 1. t. 1. c. 6. n. 23. dicit etiam se valde propendere in eam, & Oviedo n. 9. citat pro ea plures AA., nec videtur probabilitatem negare S. Th. a. 8. O ubi ait, Quidam dixerunt, quod consensus in delectationem non est peccatum mortale sed veniale tantum, alii vero dixerunt, quod est peccatum mortale, & hæc opinio est communior & verisimilior, ergo S. Th. agnoscat probabilitatem oppositæ & consequenter Suar. supra nimirum dixit asserendo oppositam esse improbabilem, uti & Azor T. 1. l. 4. c. 6. q. 1., vocando temerariam, & De hoc viderint Suar. & Azor. nos, quod diximus, defendimus tanquam probabilis: unde ad objecti. n. antec., quavis enim delectatio possit esse mala, licet sit de objecto secundum se non semper malo, secundum dicenda n. 90., tamen delectatio tum semper est mala, si sit de objecto malo, à quo in delectationem refunditur malitia.

Inst. Displacencia inefficax circa rem graviter præceptam non est mortale, imò saepe nullum est peccatum, nam Christus habuit displacenciam inefficacem circa mortem sibi graviter præceptam, ergo similiter complacencia talis inefficax circa rem graviter prohibitam non semper erit mortale, ita Vasq.

n. 11. & iterum c. 4. item Compt. n. 3. 82. Displacencia inefficax circa rem ut præceptam graviter, id est, ut positam vel ut ponendam, secundum legem graviter obligantem, non est mortale, n. talis enim displacencia censetur esse amor transgressionis seu distortionis graviter ad legem: displacencia inefficax circa rem, quæ graviter præcipitur & pro sensu diviso præcepti, non est mortale, c. antec. & n. seq. Christus tantum offendit naturalem displacenciam circa mortem secundum se, præscindendo à præcepto, non autem habuit displacenciam circa mortem ut præceptam, sensu ante dicto.

§. 6. Probabilius videtur, quod delectatio de objecto semper intrinsecè malo, sub conditione, si licet, si non esset malum &c., sit peccatum grave vel leve, prout objectum in se est, v. g. si quis delectatur in his objectis, blasphemare, si licet; peccare, si Deus permitteret; odium Dei, si non esset peccatum; mentiri, si non esset malum. Ita Adr. Az. Laym. Suar. n. 10. Sanchez. n. 23. Rhodes d. 1. q. 3. f. 3. §. 3. Loth. tr. 12. q. 2. a. 5. Buseb. relatus n. 66. alique multi, contra Caj. Salas, Castrop. Ovied. Carden. Bonapet d. 10. n. 47. Herincx d. 7. n. 23. Ratio est, quia licet consensus sit conditionatus respectu objecti, est tamen absolutus respectu delectationis circa objectum, quod semper est malum, & nunc per cognitionem est præfens, ergo ab eo desumit malitiam, uti alie delectationes morose.

Respondet 1. Oviedo n. 71., per conditionem, intentionaliter separari malitiam, Contra est; ratio, v. g. blasphemix est semper intrinsecè mala, uti supponitur, sed ratio blasphemix non separatur, nequidem intentionaliter, ergo nec ratio malitiæ. Prob. min., nam dicit, blasphemare, si licet, & in hoc objecto delectatur, ergo delectatio tendit in rationem blasphemix ut substantiam illi conditioni, si licet, ergo ratio blasphemix non separatur, nequidem intentionaliter. Quod si dicat delectationem non tendere in rationem blasphemix sed in aliquid aliud, cessat nostra questio.

Respondet 2. Per intellectum fingi ens chymaticum, quod sit blasphemix sine malitia, & in hoc ens fictum tendit delectatio propter aliquam bonitatem in eo apprehensam. Contra est; illud ens fictum est blasphemix sine malitia, ergo illud ens fictum est malitia sine malitia, quia blasphemix intrinsecè & semper est mala, uti supponitur, atqui est malum delectari in malitia sine malitia, quia talis re ipsa delectatur in malitia, licet fingat non esse malitiam, & consequenter dici possit etiam delectari in non malitia, sicuti qui cognosceret hircum, quem fingeret non hircum, re ipsa cognosceret hircum, licet consequenter dici possit etiam cognoscere non hircum, ergo adhuc est malum delectari in illo ente, quod fingitur esse blasphemix sine malitia: & ratio à priori est, quia conditio illa signatè tantum & inefficaciter præscindit malitiam ab illa blasphemix, non autem exercitè & efficaciter, nequidem intentionaliter, cum supponatur esse & manere blasphemiam, quæ hic concipi non potest sine malitia objectiva, ergo cum intellectus non possit effectivè intentionaliter præscindere à malitia, nec poterit voluntas præscindere affectivè, id est, fieri non poterit, quin affectus re ipsa feratur in illam malitiam objectivam ab intellectu pospositam.

Obj. 1. Mendacium, si esset licitum, est mendacium, quod esset, si poneretur illa conditio, sed si poneretur illa conditio, mendacium esset licitum, ergo licitè delector in eo. R. Esset licitum & illicitum: licitum si esset & signatè, illicitum verè & exercitè, uti jam dictum est.

Obj. 2. Ergo vicissim erit actus inhonestus, si me delectem in hoc objecto, odium amicum Dei, si esset

illicitus. R. Si re ipsa quantumvis inefficax est enim displacencia bona & pro-nullo digno.

83. §. 7. Multo magis objecto malo sub conditione, non auferretur Religiosus, imitari, si possent avolare, tiones relinquunt, non effem Religiositas; quamvis non eam, adhuc inhonestas actus videntur lem haberent, si non adiceretur, si per hunc, si non esset tum veller significat in hoc statu, futurum que incitamenta spectetur affectus ad incitatum, uti nec tum nem ad peccatum, cat, Sanchez. n. 25.

84. §. 8. Si quis delinere vellet vel ad id, vellem mentitio videtur habere in his homo absolute no ditio illa non tollit linquit utrumque ob ergo si sub illa conditio, & consequenter uti rectè Castrop. illa conditione placet tra fidem, quamvis Nec obstat, quod hoc plexam non peccet, esse minus peccatum statu perplexitatis ne suppono, hinc prudentem casu necesse non re, sed est obligatio potest Sanchez. c. 10. n. rius, tantum enim e cati præ majore non natur necessitas eligent. Notandum tamen placencia in alterutro tiativè diceret, in talidum fore mendacium lum esse peccatum, in fine.

85. §. 9. Delectatio vol se non semper malo, per se loquendo, non piatur materia turpis potest habere honestum tum, cum objectum delectatio super subiectum à malitia, à qua licetè dicit, si licetè habere elemosinas, hio em habere divitias non est circa elargitionem carum sericordix. Item, si Veneris, comestio enim saltem indifferentis & prohibitionem objectum Idem potest esse, si qui Titius esset hostis in bello, & ego carnifex, sustenderet

BNF
MSS

de la Société de Philosophie, tome 1, page 171. Le premier article de ce volume est consacré à l'étude de la philosophie antique. L'auteur, M. de la Société de Philosophie, expose les principales doctrines des philosophes grecs, et les compare avec les idées modernes. Il examine en particulier les théories de Platon et d'Aristote sur la connaissance et l'éthique. L'auteur conclut que la philosophie antique a jeté les bases de la philosophie moderne, et qu'elle est toujours d'actualité.

Le second article de ce volume est consacré à l'étude de la philosophie médiévale. L'auteur, M. de la Société de Philosophie, expose les principales doctrines des philosophes du Moyen Âge, et les compare avec les idées modernes. Il examine en particulier les théories de Thomas d'Aquin et de Jean Duns Scotus sur la connaissance et l'éthique. L'auteur conclut que la philosophie médiévale a jeté les bases de la philosophie moderne, et qu'elle est toujours d'actualité.

Le troisième article de ce volume est consacré à l'étude de la philosophie moderne. L'auteur, M. de la Société de Philosophie, expose les principales doctrines des philosophes du XVII^e et XVIII^e siècles, et les compare avec les idées modernes. Il examine en particulier les théories de Descartes, de Locke et de Kant sur la connaissance et l'éthique. L'auteur conclut que la philosophie moderne a jeté les bases de la philosophie moderne, et qu'elle est toujours d'actualité.